Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26083
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in parte muri exteriori sufficienter fenestra-
tum. hostiolum autem ascensus dicit fuisse in extra-
ram in angulis anteriorib' utriq; muri.
fecit autem in interiori templi postes de ligni
oliuarum quadrangulos. et duo hostia de ligni
abiegni altrinsecus. et utrumq; hostium duplex
erat. et se inuicem tenens aperiebat. et sculpsit
in ea cherubim. et palmas. et celaturas. tal
de eminentes. et operuit omnia laminis aureis
ope quadro ad regulam. fores iste tamen ue-
nustatis erant. ut ait dd' ypphans de templi de-
structione. eas nominari expissit dicens.
exciderit ianuas eius. et ait ioseph. non erat
in eis lignum mai palmo. quod forte notat intre-
gum cum dicit: ope quadro ad regulam. et erat la-
titudo eay. xxx. cubitis. secundum altitudinem exte-
rioris cenaculi. sed quod latitudinem eay. xx.
cubitorum uidet fieri ei. quia tanta erat latitu-
do templi. quia a oriente non erat murus.
Sed intrigum determinatio ut dicit: hostium du-
plex erat. et se inuicem tenens aperiebat. erat
quippe latitudo muri. x. cubitorum. et apertura
unqua fores erant. simulque. x. in muro
orientali altrinsecus. supererant. v. cubito-
rum apertura ut erant. quatuor fores. duae extrinsecus
et duae intrinsecus. quarum una quaeq; habebat
latitudinem. v. cubitorum. et erant sic artificiose
postae. ut clausae quasi tenuum parietem facerent
intus et extra. Aperte. sed in medio muri obu-
abant. et totam ei latitudinem tegebant. et sic
artificiose sibi adherebant. ut qui claude-
bant exteriores. claudebant interiores. huius
et in templo nocte remanebat quod clauderet
eas interius. Utique aperiebant exteriores. apere-
bant et simul interiores. praeter dictum est hostium
duplex erat. et se inuicem tenens aperiebat.
Porro in parietem oraculi fecit duo hostiola
de ligni oliuarum. et postes angulos. v. ut in
quinto angulo medio. cardines affixi sta-
rent. circa quos hostiola mouebantur. et erant
in hostiolis anaglypta. cherubim et palmae.
Quida enim dicunt postes angulos. v. subaudi
cubitorum erant. In oraculo autem erat archa
propitiatorium. et cherubim. quae ferebat
moyses in deserto. fecit autem salomon duos
cherubim de ligni oliuarum. x. cubitorum al-
titudinis. stantes sup pauimentum in latitu-
dine arche. et tentes pedes obliquatos. qui adiu-
bulandum eleuatos. operos auro purissimo.
tentes alas aureas singulas. v. cubitorum.
quae duae extendebantur sup archam. et obuia
sibi uicinebant. et iungebantur sup eam. tegen-
tes secretum infra sup se positum. alae autem
duae extendebantur altrinsecus ad parietem.
ita ut ala una unum tangeret parietem. et ala
altera parietem alterum. Porro extra parietem
insecta posuit mensam ad aquilonem. et candela-
brum ad austrum. Inter quae medium erat altare
aureum. quod fecerat moyses in deserto. Sed pri-
mum candelabrum posuit alia candelabra
aurea eidem secundum. s. maioris quantitatis.
. v. hinc. v. inde. Simulque cum mensa quam fecerat
moyses posuit alias. x. mensas eidem secundum.
s. maioris quantitatis. v. hinc. v. inde. Inter haec
autem posuit altare thymiamatis. et uestiu-
it illud cedro. quod sed dicit altare oraculi. et
coram oraculo. prius intellexit fuisse aliud alta-
re. quod edificauit moyses. Illud. et erat de
ligno secundum cubitum et exomnis parte auro.
Istud autem erat uestitum auro. primum intellexit
altare fuisse de lapidibus quos ferrum non
tangit. et erat opertum per circuitum tabulis ce-
drinis. sed et illae opertae erant exomnis parte la-
minis aureis. cum quantitate non memini me
legisse. Illud ut modicum altare quod fecit mo-
yses in deserto forte repositum erat in secreto
non adhibitum cotidianos thymiamatis. sed ad alu-
quos usus singulares. quem semel in anno in-
gredebatur sacerdos cum sanguine. Haud in-
portet pendi quod dicit apostolus in secreto fuisse
aureum thuribulum. et hic erat ornatus
templi in interioribus.

duo altaria
fuisse. in
oraculo.